



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmmae Virtvtvm, Ac Vitiorvm , Tomus ...**

**Guilelmus <Peraldus>**

**Lvgdvni, 1585**

Quid in oratione sit petendum. Cap. IX.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46132](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46132)

possimus capere, quod præparat dare? Item Augu. Si aliquando dominus tardius dat, cõmendat dona non negat. Diu desiderata dulcius obtinentur: cito autem data vilescunt. Seruat tibi Deus, quod non vult citò dare, vt tu discas magna magnè desiderare. Item orandũ est cum gemitu, & lacrymis. Exo. 2. Audiuit gemitum eorum. 1. Reg. 1. Cum esset Anna amaro animo, orauit ad dominum fens largiter. In Ps. Auribus percipe lacrymas meas. Gl. Quæ lacrymæ violentæ sunt in precibus. Eccl. 35. Non despiciet preces pupilli, nec viduam si effundat loquelam gemitus. Et eodem subditur de lacrymis viduæ: A maxilla vsque ad cælum ascendunt. Esa. 37. Audiui orationẽ tuam, & vidi lacrymas tuas. Osce 12. dicitur de Iacob luctate cum angelo: Fleuit & rogauit eum. Et Iudith 8. Indulgentiã illius fuis lacrymis postulemus. Heb. 1. Preces supplicationesque eũ clamore valido, & lacrymis effertis, exauditus est pro sua reuerentia. ¶ Item orandũ est humiliter. Psal. Respexit in orationem humiliũ, & nõ spreuit preces eorũ. Ecc. 35. Oratio humiliãtis se nubes penetrabit. Iudith 9. Humiliũ & mansuetorum semper tibi placuit deprecatio. Humilitate obtinuit Chananæa à Christo quod voluit, catello se cõparans, cum Christus eã cani comparasset. Mat. 15. & Marc. 7. habetur quòd Christus ei dixerit, Propter hunc sermonẽ vade, cauit demoniũ de filia tua. Mat. 8. Post illud verbũ humile Cõtentionis, Domine nõ sum dignus, vt intres sub testũ meũ: dictũ est ei à Christo. Sicut credidisti, fiat tibi. Et Luc. 15. Postquã fili⁹ prodigus dixit, Non sum dignus vocari filius tu⁹: pater accurrens cecidit super collũ eius. ¶ Itẽ orandum est confidenter sicut orabat David, Miserere, inquit, mei, quoniam in te cõfidit anima mea. Item orandũ est perseveranter, vt ostendit dominus Luc. 11. exemplo amici qui panes necessarios accõmodauit, improbitate amici deprecãtis deuictus. Et exemplo iudicis iniqui Deũ nõ timentis, & homines nõ reuerẽtis, qui improbitate viduę victus, vindictã fecit ei de aduersario ipsius. Lucẽ 8. Apostoli perseverãdo in oratione, Spiritum sanetum accipere meruerunt. Act. 1.

*Quid in oratione sit petendum.*

CAP. IX.

In oratione petẽda sunt, gloria & gratia: siue regnũ & iustitia regni. Matth. 6. Primũ quærite regnũ Dei, & iustitiam eius, & hæc omnia adiicientur vobis. Nõ monet dominus, vt tẽporalia quærãtur. ¶ Primò, quia nõ sunt digna peti. Bona infima sunt, & incuruantur, qui amant, & quærunt ea. Quæ incuruatio demõnibus placet. Esa. 51. Incuruate, vt trãseamus. Bern. Noli acquiescere dilecti, Incuruate, vt trãseamus: non enim est transiturus,

G 1



sed te grauitè oppressurus. In Psal. Miser factus sum, & curu-  
tus sum vsque in finem. ad Col. 3. Quæ sursum sunt querite, nō  
quæ super terram. ¶ Secundo quia tēporalia debentur his qui ha-  
bēt iustitiā regni. Iustitia enim regni filios facit. Filiis verō de-  
betur prouisio. Vnde super illud, Et hæc omnia adiciētur vobis  
dicit gloss. Quia omnia sunt filiorum, & ideo hæc omnia ad-  
cientur etiā non quarentibus, quibus si subrahuntur, ad pro-  
tionem est, si dantur ad gratiarū actionem. ¶ Tertio, quia nescit  
homo utrum sibi expediat tēporalia habere, cum vt frequenter  
possessoribus suis noceant. Prou. 1. Vsquequo stulti ea quæ sunt  
noxia cupient? Et super illud 1. ad Cor. 13. Virtus in infirmitate  
perficitur. Dicit gl. Augu. Cum ea quæ Deus laudat & promittit  
petitis, ab illo securi petite: illa enim propitio Deo cōceduntur.  
Quando autem petitis tēporalia, cum modo petite, & cum te-  
more illi committite: vt si profint det: si seic obesse, nō det. Qui  
enim obicit vel proicit medicus nouit, non aegrotus. Item noce-  
dum, quod super illud Matth. 26. Et orauit tertio eundē seme-  
nem dicens. tangit glo. tria à nobis petenda. Tribus vicibus in-  
quit, orauit, vt & nos à præteritis peccatis veniam, à presentibus  
malis tutelam, & à futuris periculis cautelā oremus. De primo  
Eccl. 38. Fili, in infirmitate tua ne despicias te ipsum: sed ora  
dominum, & ipse curabit te. De secūdo, Matth. 26. Vigilate & orate  
vt non intretis in tētationem. De tertio, Luc. 3. Vigilate in omni  
tempore, orantes vt digni habeamini fugere quæ ventura sunt.  
Item notandum quod in oratione petere possumus vt Deus con-  
stodiat nos ab occasione peccandi. Exemplo Salomonis dicitur  
Prouer. 30. Mendicitatem & diuitias ne dederis mihi, sed eribe  
tantum victui meo necessaria, ne fortè illiciar ad negandum, &  
dicam, Quis est dominus? aut egestatē compulsus furer, & peti-  
iorem nomen domini mei. Item possumus in oratione petere  
id quod dat nobis occasionem salutis: vt eos qui nos recte in-  
struant, secundum admonitionem Christi. Matth. 9. Rogate do-  
minum messis, vt mittat operarios in messem suam.

*De speciebus Orationis.*

C A P. X.

**O**ratio potest diuidi in orationē fructuosam & infructuo-  
sam. Fructuosa oratio multas habet species. Quædam enim  
fit verecundo, & humili affectu. Qualis fuit oratio publicani, qui  
non audebat oculos suos in cælum leuare. Luc. 18. Item talis fuit  
oratio filij prodigi, qui ait ad patrem suum: Pater peccauit in oculis  
coram te, iam nō sum dignus vocari filius tuus. Lu. 15. Verecundus  
multū placet Deo in penitente, sicut imprudētia displicet ei in  
peccato